

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4046

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1208, 6 avril-1208, 31 octobre]

Lieu d'émission : Saint-Germain-en-Laye

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [II], roi de France, confirme en faveur des moines de Jumièges, la chapelle Saint-Philibert du Tourp, 6 acres dans la forêt de Brotonne et d'autres biens donnés par Robert, comte de Meulan.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardy*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 163, p. 27 et p. 293-294.
- b. Boussard Jacques, Monicat Jacques, Samaran Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 3, années du règne XXVIII à XXXVI (1er novembre 1206-31 octobre 1215), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 7), 1966, n° 1029, p. 92-93.

Dissertation critique

Datation proposée par BOUSSARD/SARAMAN/MONICAT, *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 3, n° 1029, p. 92.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Robertus, quondam comes Mellenti, dedit Deo et Sancte Marie Sanctoque Petro de Gemetico et monachis ibidem Deo servantibus capellam Sancti Philiberti de Torpo cum masagio sex acrarum in foresta Brotonie et carucatam terre arabilis, scilicet sexaginta acras cum bosco, mensuratas cum pertica viginti quinque pedum, que terra incipit a Valle Vivarii, juncta marisco in longitudine. Dedit etiam mariscum a vivario usque ad viam que dicitur le Banchet. Dedit etiam predictis monachis quadraginta solidos publice monete, in eadem foresta annuatim reddendos per manum forestarii in festo sancti Michaelis, et quitantiam propriorum peccorum et decem vacarum cum tauro et cum secta earum usque ad tercium annum et quatuor boum et duorum equorum ad aratrum per totam forestam suam, exceptis quinque defensiis, scilicet : haia Mori cum landis suis, et haia de Aise, et parqueto de Bornevilla et Laumont, et haia de Lendinc. Dedit etiam predictis monachis pasnagium propriorum porcorum per totam forestam suam, et poma colligenda ad proprium potum eorum et servantium ipsorum per totam forestam suam, exceptis predictis quinque defensiis, et scutellam elemosine mense sue cum potu ad ipsum pertinente, quandocumque erit apud Watevillam vel apud Hauvillam, vel apud Torponem ; boscum etiam ad edificia et ad omnes proprios usus predictae domus de Torpo, ita quod non possint ibi facere domos nisi suas proprias,

nec dare hospitibus ad ospitandum, nec capere de bosco in predictis quinque defensis, nec extra etiam de vivo ad hospitandum nisi per liberationem forestarii. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato predictam elemosinam, ad usus et consuetudines Normandie, confirmamus. Actum apud Sanctum Germanum in Laia, anno Domini M° CC° octavo, regni vero nostri anno vicesimo nono, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Mathei camerarii ; signum Droconis constabularii. Data, vacante cancellaria, per manum fratris Garini.